



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

VIII. Quod mulsum in altari offerre non liceat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

aut pauperibus reddat : nec sculptilia aut pede, aut homine lineo fieri penitus præsumat.

IV.

Non licet ad sortilegos, vel ad auguria respicere, non ad caragios, nec ad fortes, quas Sanctorum vocant, vel quas de ligno, aut de pane faciunt, aspicere : sed quæcumque homo facere vult, omnia in nomine Domini faciat.

V.

Omnino & inter supradiçtas condiciones, peruigilias, quas in honore domni Martini obseruant, omnimodis prohibete.

VI.

Vt a media quadragesima presbyteri chrisma petant : & si quis infirmitate detentus venire non potuerit, ad archidiaconum suum, vel archisubdiaconum transmittat, sed cum chrisuario & linteo, sicut reliquæ sanctorum deportari solent.

VII.

Vt medio Maio omnes presbyteri ad Synodum in ciuitatem veniant, & Kalendis Nouembris omnes abbates ad Concilium conueniant.

VIII.

Non licet in altario in sacrificio diuino mellitum, quod mulsam appellant, nec vllum aliud poculum, extra vinum cum aqua mixtum, offerre : quia ad grande reatum & peccatum pertinet presbytero illi, quicumque aliud poculum, extra vinum, in consecrationem sanguinis Christi offerre præsumperit.

IX.

Non licet in ecclesia choros sæcularium, vel puel-